

mitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui quomodolibet in eis intervenerint supplementis.

IV Decernentes has presentes Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscunque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, dictaque Sedis Nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate et auctoritate judicari, et definiti debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

V Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictarum Ecclesiarum, etiam juramento, confirmatio-

tengan inviolable firmeza, supliendo todos y cada uno de los defectos de hecho y de derecho, si acaso de qualquier modo se hallare haber alguno en ellos.

IV Declarando que las presentes Letras sean y hayan de ser siempre firmes, válidas y eficaces, y surtan y produzcan su pleno, e íntegro efecto, y sufraguen plenísimamente en todo, y por todo á aquellos á quienes corresponde y correspondiere de qualquier modo en lo sucesivo; y que así se deba sentenciar y determinar en lo que vá expresado por qualquiera Jueces Ordinarios y delegados, aunque sean Auditores de las causas del Palacio Apostólico, y Cardenales de la Santa Iglesia Romana, aunque sean Legados á Latere, Vice Legados, ó Nuncios de la dicha Sede, quitándoles á todos y á cada uno de ellos la facultad, y autoridad de sentenciar, é interpretar de otro modo; y que sea nullo y de ningun valor lo que de otra suerte aconteciere hacerse por atentado sobre esto por alguno con qualquiera autoridad, sabiéndolo, ó ignorándolo.

V Sin que obsten las constituciones y disposiciones Apostolicas, ni los estatutos y costumbres de las enunciadas Iglesias, aunque estén cor-

